

ad sudorem agitentur: idq̄ vacuo
 uentriculo.

Capite aperiri aspectu magistratu-
 um non venerationis causa iussere,
 sed (vt Varro autor est) valetudinis,
 quò firmiora cōsuetudine ea fierent,
 Plinius.

*DE LVXV CONVIVIORVM, ET
 comessationum, multifariorum morborum materia
 & fomento, & animorum & corporum peste.*

*IN cibo potuq̄ simplicitas & frugali-
 tas commendantur, vt sit mens sana in cor-
 pore sano. Accipe nunc victus tenuis, quæ
 quantaq̄ secum Afferat: imprimis valeas
 bene. nam variæ res, Vt noceant homini
 credas, memor illius esca, Quæ simplex o-
 lim, sicut docet Horatius. Ingurgitatio
 certè tam cibi quàm potus, fercula multa et
 varia, condimenta diuersa, vinorum varij
 sapes, discubitus prolixus, quid aliud quàm
 valetudinis & vitæ, imò corporum & a-
 nimorum pestis & pernicies summa exi-
 stunt? Nos interim, qui non modò homines,
 sed Christianos, id est sanctos & pios nos
 pro-*